

7. *Cibus, ut comedā.* Utique in Eucharistia verē cibus; sed cibi sunt species, & aliud corpus. DIDASC. 7. *Eucharistia scola nova est amoris.* Fol. 561.
 8. *Cibus, ut comedam.* Bene, si ab amico: quippe si inimico gratia, non cibus porrigitur sed venena. DIDASC. 8. *Speciosius iniuria beneficii vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur.* Fol. 565.

TAUTOLOGIA UNDECIMA:

Si dederit tibi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, &c. Fol. 569.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS. DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Vestimentū ad induendū.* Vestis in clyta fides; verū non vestis sine veste operationis. DIDASC. 1. *Parium refert vestitus fidei, sine vestitu operis.* Fol. 581.
 2. *Vestimentum ad induendum.* Sese induit quisque, quo pauperem vestit. DIDASC. 2. *Elemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest.* Fol. 585.
 3. *Vestimentum ad induendum:* quippe non induit vestimentum, si non proprium. DIDASC. 3. *Bona ablata seruiunt ad speciem, & non ad utilitatem.* Fol. 589.
 4. *Vestimentum ad induendum.* Quoniam affectio in sententijs denudatur, ubi iustitiae veste, ne pateat, magis induitur. DIDASC. 4. *Affectio iudicum iustitiam vulnērat.* Fol. 592.
 5. *Vestimentum ad induendum:* etenim detractor non habet, ut signet occulta bona; sed ut palefcent vulnera. DIDASC. 5. *Detrahitio lethalitē tres insicit uno statu.* Fol. 597.
 6. *Vestimentum ad induendum:* siquidem tunc vestis decore induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam. DIDASC. 6. *Vestis Divi Ildephonsi gloria vestis.* Fol. 602.
 7. *Vestimentum ad induendum.* Amplior vestimenti amoris rutilat speciositas, si apparet nuditas. DIDASC. 7. *Vestis amoris nulla.* Fol. 605.
 8. *Vestimentum ad induendum.* Homines vestiuntur in carnis auctoramen: Martyres verō nudantur in splendorem. DIDASC. 8. *Martyres vestiuntur pretiosa parā, parā & verā.* Fol. 609.

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Tu nosti seruitutem, qua seruiui tibi. Fol. 615.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS. DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Seruitutem, qua seruiui.* Minimē seruit, qui seruitute nocet. DIDASC. 1. *Ignominiosa conuersatio in seruitutis.* Fol. 624.
 2. *Seruitutem, qua seruiui:* igitur seruitute diuitiarum videtur imperium, modō evanescat seruitium. DIDASC. 2. *In firmi animi est, pati non posse diuitias.* Fol. 629.
 3. *Seruitutem, qua seruiui:* etenim humilitas, dum tēdit in seruitutē, obtinet exaltationē. DIDASC. 3. *Humilitas in superiora sublimis erigitur.* Fol. 632.
 4. *Seruitutem, qua seruiui:* quoniam amanti captivitas est summa cordis libertas. DIDASC. 4. *Vincula amoris sunt pignora libertatis.* Fol. 636.
 5. *Seruitutem, qua seruiui.* Servit honor, ubi iurē maculatur: verum seruit seruitute, si liber crimine, splendor seruit dedecori. DIDASC. 5. *Studium fama crescit honore.* Fol. 641.
 6. *Seruitutem, qua seruiui tibi.* Sanē non seruit seruitutem; qui cui seruit, ad seruitium non contemplatur præsentem. DIDASC. 6. *Præsentia amati offendit seruitutem amoris.* Fol. 644.
 7. *Seruitutem, qua seruiui.* Modō ut seruitus displicet, quod uti libertas placuit: tunc enim seruitus cognoscitur, dum excutitur. DIDASC. 7. *Ed quis felix liber est, quo miserior seruus fuit.* Fol. 648.
 8. *Seruitutem, qua seruiui.* Seruitus sola est seruitus libertatis; sed seruitus cum exilio est seruitus seruitutis. DIDASC. 8. *Exilium virginis amor corvocat in gratiam seruitutis.* Fol. 650.



TAUTOLOGIA PRIMA.

TACTUS DOLORE CORDIS INTRINSECUS;
Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terra.
 Genes. 6. vers. 6. & 7.

EXPOSITIO LITERAE.



ILLUSTRIS Sanē Anthropologia, seu potius Anthropopathia: id est, conceptus actionis humana in Deo; non quia passus, sed quia hominibus exprimit, quod faciunt, quorum corda dolor acerbitate tangit, & acerbitas amaritudinis intimē pungit. Evanuerat prima Deitatis perpulchra similitudo in Lucifero, summæ perfectionis signaculo; quia semel conversus, semper conversus, & perversus. At quia facilis descensus Averni, ut posset revocare gradum, vel post voluntarium præcipitium, & infelicitatem, supplantationis sutelatoris vafritie; formavit Dominus Deus Hominem de limo terræ. De limo terræ, quasi respirans de casu

desertoris Angeli, & requiescens gratissimē in homine, cunctorum prasidē, ut posset per rationales dilectas, & gratis animas, implere Opifex rerum Angelorum ruinas. Sed hem! Modō hæsitans crebris culpis, & à dilectis (equidem eius delictum, ludere cum filiis hominum) tot iniurijs, tot offēnsis, haud imbecillitate naturæ, sed malitia prævalente; non quia eclipsim Sol intelligentiæ passus esset in celo capitis, sed quia intenta in malum omni tempore cuncta cogitatio cordis; Recoilens, vel Recoigitans (uti legunt Septuag. hic, & Augustinus lib. 15. de Civ. Dei, cap. 25.) cuncta teatata, tot beneficia, tot dona, charismata tanta, & quod illi quasi refrigerium, factum cordolum; per Aporian, seu Dialogisimum, intimo dolore repercussus, taedio percitus, sibi quasi dixit: Angelus corruit. Sit. Ingratus cecidit, quia non celsit. Num etiam homo, & quem erexit de luto!

O nullis illicta bonis, nullisque repressis
 Legibus, antiquo tantum summissa draconis
 Effera gens hominum, ducta corruptior ævo!
 Nasitur hinc proles peccati, germinat inde
 Deterior soboles multa, peiorque priori
 Progenies sequitur gradibus ad crimina crescens.

Succinunt & Alcimus Avitus lib. 4. Genes. vers. 144. & Hilarius Pictav. in sua Genes. vers. 170. Quid faciam? My. Quid? Plus carnis in mente, quam mentem habet. Quæ meī muneris, & officiose exhibui: ex nihilo produxi, scientiam indidi, sapientiā venustavi, liberum arbitrium concessi, ineffabili magnitudine duxi. Quid ultra debui facere? Vivo Ego :: Tom. II. Taut. A

Septuag.
 Augustinus

Alc. Avitu

Hilar.

Oratio Dei
 pathetica in
 ter iustitiam, & mi
 sericordiam

Hil

Ha! Vel meritis conditio vilis extollitur, etiam dignationibus inflatur. En quid agam? De toto ad solum corpus miserabile studium. Nec clementia iuvat, nec torvitas arctat. Minime corriguntur indulgentia, non subsistunt in vindicta. Nihil agunt, nec agent recte, etiam si extendero manum: quid igitur si dimisero flagellum? Quid? Nullo modo flectuntur, etsi torqueantur. Si non clamant, feriente fulmine tribulationis, ut parcam, imò provocant criminibus, ut iterum feriam; Vx. Placeat,

Ovid.

Genus mortale sub undis
Perdere & ex omni nimbos dimittere caelo.
Vel Ethnicus profert lib. 1. Metam. Fabul. 7. & Sacet Vates Marius Victor lib. 2. Genesios vers. 391.

Mar. Vi&

Gurgita praecipiti pollutum diluat orbem,
Implicitosque homines, & quicquid vivere insi
Causa hominum, tumidi convolvat labi profundum.
O Pater! Tantæ ne animis caelestibus iræ? Tantæ, & iurè, flagitante sceleræ,
Extulerat mortale genus crudelibus ausis
Ingentes animas. Omni pro lege voluntas
Sola erat: usque adeo converſi in crimina mores,
Ius hominum nullum, tum nil distare putatum
Fasque, nefasque inter: recti custodia numquam;
Non iudex, non testis erat, non denique rector,
Arbiter aut morum, vel qui suaderet honestum;
Sed princeps sibi quisque fuit virtute nocendi.
Nec meritis, sed mole potens, qui fortior esset,
Hic melior sibi met sese censore placebat.

Alc. Aviz

Ait Alcimus Avitus ubi supr. vers. 11. Eadem ferè Marius Victor, vers. 331. & etiam Profani. Consulte Ovidium lib. 1. Metam. Fab. 4. atque Claudianum tum lib. 1. In Rasin. cum in Gigantomachia. Hæc mundus. Hæc homo.
Hec revocare gradum à vitis, gressumque referre,
Cuiquam in votis.

Idem.

Non? Immedicabile vulnus ense recidendum: sobolemque priori dissimilem populo, ostendam mirabili nave, qua Numine lafo, impellet ira.

Virgil.

Tot solvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores.
Tantum in crimina summa processu est: ut etiam Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, cuius natura bonitas, cuius ingenium benignitas, cuius iustitia lenitas, cuius animus charitas, cuius pectus, & viscera longanimitas; ira commotus, criminibus irritatus, delere decreverit univèrsam humanum ingratum genus, licet in articulo, Tactus dolore cordis intrinsecus.

Quo modo passionem in Deo?

D. Thom.

Non enim in Deo dolor est, sicut nec aliæ passiones Penitentiz, Misericordiz, Tristitia, Anxietatis, Dubitationis, Iræ, Furoris, Indignationis &c. ut late probat D. Thom. 1. Cont. Gentes, cap. 89. sed metaphoricè tantum secundum similitudinem ad hominum sensus & motus, uti ex PP. docent Theologi cum eodem Angel. Doctore 1. part. quest. 2. & 20. Unde idem ibid. quest. 19. art. 11. ad 2. Punizio (ait) non est signum, quòd in Deo sit ira: sed punizio ex eo ipso quòd in nobis est signum iræ, in Deo dicitur iræ. Passio ut passio imperfectio est, quæ longe à Deo. Secundum accommodationem, non secundum proprietatem, huiusmodi effectus, & affectus prædicantur de Deo, cum illi repugnet, vel vicissitudinis obumbratio. Ideo Augustinus ubi supr. Ira (inquit) Dei non perturbatio animi eius est; sed iudicium, quo irrogatur pena peccato: mutandarum scilicet rerum est immutabilis ratio. Sic enim dolere dicitur, haudquaquam quia possit dolore affici, malovè comprimi; igitur ad illum nec accedit malum, nec caelo potest appropinquare flagellum: Neque enim homo est, ut agat penitentiam. 1. Reg. 15. 29. Neque ut filius hominis ut mutetur. Númer. 23. 19. Immutabilis exponitur hominibus, ad modum dolentis, verum sine dolore, sine acerbitate, aut doloris affectione: etenim sine motu sævit, sine crudelitate occidit, salva pietate ulciscitur, indignatione procul irascitur, sine pena dolet, & sine dolore poenitet. Vide Augustinum lib. 1. Confes. cap. 4. Proin in presenti articulo, quoniam dolentis hominis adinstar se exhibuit (quem poenitet, cuius pudet, dum opus tot curis elaboratum, quot ornamentis politum, apparet etiam oculis conditoris ingratum) sicut pridem in lapsu Adam (ut apponit canit Marius Victor lib. 1. vers. 460.

Cur

Cur ubi si queris, nisi quòd te more doleris
Lapsum sponte tua secum non esse scietur?

Non secundum rem, sed secundum modum, quoniam quidem homo non respondit expectationi artificis; dicitur Deus tactus dolore cordis.

Mar. Vi&

3 Arcana diversa PP. signant in eiusmodi locutione patherica. Gregorius Magnus lib. 5. Moral. cap. 5. ac ex eodem Patetius lib. 1. in Genes. cap. 24. Pro utilitate hominis (ait) vocem in se humana passionis ipse Conditor hominum sumit. Procopius hic cap. 5. Humano more locutus est. Augustinus ubi supr. de Civ. Dei. Si non utatur Scriptura talibus verbis, non se quodammodò familiaris insinuat omni generi hominum. Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 15. Laborat hic sermo divinus, & quasi in versanda nimie magnitudinis mole, penè confringitur. Chryostomus hic Homil. 22. Verbum crassum. Iuxta humanam consuetudinem loquitur nobis Deus. Eadem ferè Glossa Interlinealis. Denique Ambrosius lib. de Noe & Arca, cap. 4. Ideo (profert) hac leguntur, ut exprimat peccatorum nostrorum acerbitas, quæ divinam meruerit offensam: tanquam eousque increverit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non movetur aut ira, aut odio, aut passione ulla, provocatus videatur ad iracundiam. Modò ergo, ut clarescant alia atinia testimonia, operæpretium erit, descendere testimonij huius ad singula.

Greg. Mag

Procop.

Augustina

Rupertus.

Chryost.

Gloss. In-

terl.

Ambrosi

4 Tactus: puta, commotus, percitus, percussus, percussivè, sensu quo supr. Ita igitur interdum accipitur à Poëtis, & Oratoribus.

Et tu materno tacta dolore Thetis.
Canit Propertius lib. 1. Eleg. 7. ac Lucretius lib. 1. de Natur. Rer. vers. 61 de Deo loquens, ait:

Propert

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur iræ.
Ideo de caelo dicuntur tacti, qui fulmine percusi: similiterque montes, pyramides, ac ædificia sic mota, vel icta, signantur de caelo tacta. Cornelius Tacitus lib. 13. Ann. cap. 24. Tactæ de caelo ades. Idem ibid. lib. 14. cap. 12. Tacta de caelo quatuordecim urbis regioner. Titus Livius lib. 7. Decad. 4. Cicero lib. 2. de Divinat. iterant phrasim eodem sensu. Hic itaque insit: Tactus etiam is, qui hanc urbem condidit. Hoc est, Affatus. Suetonius in Augusti, cap. 9. in Caligul. cap. 17. ac in Galb. cap. 1. vocem inculcat. Demùm Virgilius Bucolic. Eclog. 1. v. 17. & lib. 2. Aneid. v. 649.

Lucret.

Quid ræge

de caelo

Tacit.

Livius.

Cicero.

Sueton

De caelo tactas memini, prædicere quercus.
Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.

Virgil

Quapropter Deus quasi offensis punctus, & sceleribus simulatus, iuxta similitudinem hominum, amaritudine aliqua compundtorum, Tactus dolore dicitur: non quia corpus habeat, uti fanaticè Anthropomorpha ogganiebant, in quos iam Tom. 1. Tautolog. 2. in Liter. exposit. num. 21. & Tautolog. 4. num. 13. nec quia illi insint passiones humane. Vel Ethnici cognoverunt. Terentius in Andria Act. 5. Scen. 5. vers. 3.

Terent

Ego vitam Deorum propter à sempiternam esse arbitror,
Quòd volaptates eorum propria sunt.

Manilius id, sed vividius expressit lib. 1. Astronom. cap. 6. vers. 39;
Idem semper erit: quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumvè nepotes
Aspicient: Deus est, qui non mutatur in ævo.

Manil

Lucretius ubi dudum vers. 56. in quibusdam catholice, in quibusdam ethnice, canit;
Omnis enim per se Divium natura necesse est,
Immortali ævo summa cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, semunctaque longè.
Nam privata dolore omni, privata periclit;
Ipsa suis pollens opibus: nihil indiga nostri,
Nec bene pro venitis capitur, nec tangitur iræ.

Lucret

Aliqua intellige cum grano salis, quippe plurium error Ethnicorum, Stoicorum maxime, Chryippo, & Epicuro magillris, Deo de nostris curam non esse. Sophocles in Philoet.

Aeschyl. in Agamemni. Euripides in Hecub. Virgilius lib. 4. Aneid. vers. 379. Martial. lib. 4. Epigr. 21. Propertius Eleg. 5. lib. 3. Plinius lib. 2. cap. 7. & Seneca in Hippolit. Act. 3. a vers. 968. Qui ait:

Ethnici un-

li in subli-

nariis pro-

videntia re-

bantur.

Sed cur idem
Qui tanta regis, sub quo vasti
Pondera mundi librata suos

Tom. II. Taut.

A 2

Du

*Ducunt orbis hominum nimium
 Securus ades, non sollicitus
 Prodesse bonis, nocuisse malis?
 Res humanas ordine nullo
 Fortuna regit, spargitque manus
 Munera cæca, peiora fovens.
 Vincit sanctos sæva libido,
 Fraudis sublimi regnat in aula.
 Tristis virtus perversa tulit
 Præmia recti: castos sequitur
 Mala paupertas, vitioque potens
 Regnat adulter. O vanæ pudor,
 Falsumque decus!*

Senecæ imitati sunt & Severinus Boetius lib. 1. de *Consol.* Metr. 5. & Claudian. lib. 2. in *Rufin.* Dixi *Imitati sunt*, quia oppositum sentire & iure, idem Boetius ibidem lib. 1. cap. 4. Claudian. ibid. ut lærè videbimus *Tautolog.* 2. *Did.* 1. num. 10. imò ipse Senecæ lib. de *Prov.* ex Epicteto lib. 1. *Dissert.* cap. 12. Quorum errores taxat *Palinographus* Regius *Psalm.* 72. Augustin. lib. de *Pœnitent.* cap. 3. Gregor. Magn. in *Pastoral.* part. 3. in *Reg.* 1. lib. 4. cap. 5. Clem. Alexand. lib. 7. *Strom.* Theodoret. *icrm.* 9. de *Prov.* *Idior.* Pelusiora lib. 2. epist. 137. Tertul. de *Pœnit.* cap. 3. Hieronym. *Epist.* ad Paulam de morte Blesilla, & Salvianus Malsilienf. lib. 1. de *Provid.* *Det.*

Dolore cordis: nempe gravi amaritudine animi (quod Nos dicimus: *Pesadumbre*) idest, cordolio, quasi suppressione spiritus, cuius causas nullas videtur apud Nicol. Nanceium lib. 4. cap. 10. *Analog. Micr. ad Macr.* igitur in corde nullus morbus, nec leve vulnus, quin sit lethale, uti alruunt Hippocrates lib. 6. *Abhorism.* 18. & Celsus lib. 5. cap. 24. Hinc quia cor sedes affectionum, quasi in illo illarum focus sit, dicitur dolere, vel gaudere: quæ quidem affectiones à Græcis *Pathemata*, idiomate Latino dicuntur passiones animi. Vide Levinum Lemnium de *Miraculis natur.* lib. 1. cap. 12. Ideo ubi homo sollicitudine premitur, amaritudine pungitur, anxiatu pœnis, simulatur curis, dicitur dolere, dolore cordis. Ita *Psalm.* 68. 2. *Intraverunt aque usque ad animam meam.* Proverb. 19. 13. *Dolor patris filius stultus.* Eccli. 30. 12. *Dolor anima.* Isai. 65. 14. *Dolor cordis.* Idem 2. Machab. 3. 17. Rom. 9. 2. alijsque locis, ubi *Cor* pro animo metonymicè invenies. Exod. 7. 13. 1. Reg. 16. 7. Iob 8. 10. *Psalm.* 23. 4. Matth. 9. 4. Marc. 6. 52. Luc. 8. 12. & Ioan. 13. 2. Quapropter testimonij sensus erit: ita Deus malitiæ hominum gravatus erat, ita lenitatem animi vita sine lege provocaverat, ut intrinsicè (more scilicet humano) supprimeretur spiritus, agitaretur animus, laborante corde, quod pressum amaritudine. Sic enim queritur per Isaiam 43. 24. *Servire me fecisti in peccatis tuis: præbuisi tibi laborem in iniquitatibus tuis.* Eadem Malach. 2. 7. & Oseas 14. 1. ait: *Ad amaritudinem concitavit Deum.* Quam ob rem ut exprimaturs tantus dolor, ac dolor verus, modo quo supra. dolore cordis proponitur tactus: igitur uti hic observat Abulenfis: *Aliqui fingunt se dolere, & non dolent: qui autem in corde dolent, verè dolent.*

6 Pro quo sciendum, *Cor* significare intimum in Scriptura. *Psalm.* 45. 3. *Transferentur montes in cor maris.* Hoc est, in profundum maris, ut dicitur *Psalm.* 64. 8. Amos 9. 3. Mich. 7. 19. quibus in locis pro *In profundum*, legit Hebr. *In cor.* Ita Matth. 12. 40. *Sic erit filius hominis in corde terra.* Utrumque liquet Ionæ 2. 4. ubi: *Proiecisti me in profundum, in corde maris.* Idest, in intima maris. Quare Maluenda, pro *Cor meum vulneratum est intra me* de quo infra num. 14. legit: *Vulneratum in intimo meo.* Q. d. summo dolore affectum: igitur in corde, quod quidem abditum, dolor ut summus ita huc, quod usque ad penetrale intimum introiret. Ita intelligitur illud Simeonis Luc. 2. 35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Unde Iuvenius lib. 1. *Evang. Hist.* vers. 241.

Atque animam matris ferro fulgente machera, Quo pateant recti tenebrofa volumina cordis.
 Prudentius in *Peristephan.* non alio sensu. *Alto corde suspicatus.* Eidemque proposito Profrani Oratores, & Poëta. Apuleius lib. 1. *Metam.* ait: *Imo de pectore cruciabile spiritum.* Tacit. lib. 15. *Annal.* cap. 2. *Intima vires.* Senecæ lib. 1. de *Ira* cap. 3. *Suspiciam altum.* Aristophanes in *Vesp.* *Cor mihi ex profundo movet.* Catull. in *Nuptijs Juliae & Manlij* eodem intuitu. *Pectore virum intimo.* Plautus in *Amphitruon.* Act. 2. Scen. 2. vers. 7. *Scio, illum quam doluerit cordi.* Ovid. in *Heroid.* *Epist.* *Phedrae* vers. 19.

Urimur intus,

Uri.

Senecæ

In corde le-
ve vulnus,
lethale.

Cor pro
animi.

Isai.
Osee.

Abulenf.

Cor pro re
intima.

Maluena.

Luc.

Iuvenç.

Prudent.
Apulei.
Tacit.

Senecæ &
alij.

Ovid.

Urimur, & cæcum pectora vulnus habent.
 Virgilius *Æneid.* lib. 1. v. 489. ex persona Æneæ
Tunc verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.
 Hoc est, Graviter, faucio corde, & alto vulnere. Ita idem ibid. lib. 2. vers. 288. & lib. 10. vers. 464.

Magnumque sub imo
 Corde premit gemitum.
 Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.

Patet iam dolorem maximum exprimi dolore cordis, quasi nihil esset, quo acerbitas amaritudinis exprimeretur aptius; quippequam haud intemiora, quò progredederet, habebat dolor in cruciam viscerum, cum non haberet, vel in corde magnanimo iam nova plaga locum. Ab initio petitus crebris offensis, decursu temporis multiplicatis fagietis: & modò quia omnis caro corruperet viam suam; non solum dolore cordis est tactus, sed enim vel in intimo cordis iniquitatibus, quasi cuspidè punctus. Delicet intentum Ieremias: *Dolor (ait) meus super dolorem: in me (Tigurin. & Chald. Intra me) cor meum marens.* Summe, quasi diceret, tristis: valde dolens sum. Non est dolor sicut dolor meus: etenim non tantum dolor cordis; sed intrinsicus est pœna, & pœna cordis ad intra, quæ, uti lamentatur Thren. 3. 20. *Tabescit in me anima mea.* Hac ergo acceptione discipeditatur in voculam, quæ videtur conficere pleonasmum: nimirum *Intrinsicus*, ubi Deus exponitur dolore cordis ob scelera tactus.

7 *Intrinsicus.* Huc referuntur aliqua testimonia, primo oculorum factu stylum tautologicum redolentia: uti illud præfatum Ieremias: *In me cor meum marens.* In quo ergo nisi in illo, si cor proprium? innumerata sunt huius generis testimonia in Sacra pagina, inter que *Psalm.* 108. 22. David: *Cor meum conturbatum est intra me.* *Psalm.* 142. 4. *In me turbatum est cor meum.* Luc. 24. 13. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Ezech. 11. 19. *Dabo eis cor carneum.* 2. Cor. 3. 3. *In tabulis cordis carnalibus.* Ierem. 3. 6. *Abijt sibiimet.* Exod. 16. 29. *Mancat unusquisque apud semetipsum.* Luc. 24. 12. *Abijt secum, mirans quod factum fuerat.* Ioan. 20. 10. *Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.* Aedenique Cant. 4. 1. 3. *Absque eo, quod intrinsicus latet.* Faciul (ni fallor) exposita primâ sententiâ, præterpropter exponuntur reliqua testimonia.

8 *Intrinsicus.* Nimirum, utque ad intima cordis, uti diximus sup. num. 6. Quod quidem explicat *Internum animi dolorem.* 2. Mach. 3. 16. & cap. 9. 5. *Dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta.* Per *Epithesin*, seu exaggerationem apponitur *Intrinsicus* in dolore cordis: apud Hebræos quippe cum superlativis careant, & paucissima habeant adiectiva (qua de causa substantivis pro adiectivis utuntur, ut Isai. 9. 6. *Princeps pacis*, pro *Princeps pacificus.* Pl. 25. 9. *Viri sanguinum*, pro *Sanguinolenti*: sic alia uti *Vir dolorum*, pro afflicto; *Vir nominis*, pro famulos; *Vir roboris*, pro robustus) vocibus eisdem exprimunt eandem sententiam, & modò nominibus, modò verbis, modò adverbij. Primi, & secundi modi plura adduximus in *Prolog.* *Galeat.* tor. §. 4. Tertij ergo exempla possunt esse *Psalm.* 67. 20. *Benedictus Dominus die quotidie.* *Psalm.* 18. 11. *Super aurum, & lapidem pretiosum multum.* *Psalm.* 96. 9. *Alvissimus nimis exultatus est super omnes Deos.* 4. Reg. 21. 16. *Sanguinem fudit Manasses multum nimis.* Sic alia, ubi videlicet adverbia pro superlativis posita, quibus exaggeratur, vel exponitur sententia. Pariformiter itaque *Tactus Deus dolore cordis intrinsicus*, nihil aliud est, nisi summè dolens. Ita quidem verbis, & nominibus pro adverbis, ut efformet superlativum, quod in Scriptura itidem obvium. *Tristis & marens*, Isai. 29. 2. idest, *Tristissimus.* Ibid. cap. 5. 6. *Vepres & spina.* Puta, multa spinæ, Matth. 26. 37. *Cæpit contristari, & mestus esse.* Marc. 14. 33. *Cæpit pavere, & tædere.* 1. Reg. 20. 34. *In ira furoris.* *Psalm.* 77. 49. *Misit in eos iram indignationis sue, indignationem, & iram, & tribulationem, immisiones per Angelos malos.* Ubi, ut patet, voces geminantur pro superlativo deficienter. Ita enim altruxi in *Prolog.* *Gal.* ubi sup. num. 5. Eodem sensu Ambrosius in *Hymn.* dixit: *Intrinsicus quàm maxime.* Et Hieronymus in *Psalm.* 108. 22. pro *Cor meum conturbatum est intra me*, legit: *Intrinsicus*: hoc est, altè, nimis, valde, igitur si qualibet cordis conturbatio, magna; intrinsicè, nimia. Idcirco Haye hic: *Lethaliter faucium*: vulnus enim non tantum in præcordijs; sed in corde, & in cordis penetrali. Hoc etiam stylo Virgilius, exprimens in interiora magis reconditum, pro epicali profert simul fundum, & immum. Ita enim lib. 6. *Æneid.* v. 581. & lib. 7. v. 530. canit:

Fulmine detecti fundo volocuntur in imo.

Virgil.

Idem.

Dolor cordis
pro summe
dolere.

Ierem. 8
18.

Tautologie
adverbiati
affines.

Substanti-
vum pro
Adiectivo
sæpe in
Script.

Verba ge-
minata pro
superlati-
vis.
Ambros.
Hieron.

Haye.

Virgil.

Pass.

Paulatim sese tollit mare, & alius undas
Erigit inde imo confurgit ad aethera fundo.

9. Aliiter hic cogitat Abulensis: videlicet, *Intrinsicus* posse referri ad poenam homini-
bus inferendam, ab illis non cognitam, sed in thesauris Dei signatam: igitur tamen si
rent studiis suis thesaurizare sibi iram Dei in diem vindictae, nihilominus tamen eos latebat
& qualis, & quanta. *Intrinsicus* erat, sive occulta in Dei pectore, & laeso corde: etenim
quantumvis ratio humana praesaga malitia, vel conscientia, odoraretur poenam, nequibat
praeognoscere tantam, quantam futuram. Modò Abulensis probasset, magis sententia
placuisse: verum quia placet, ne tanti Doctoris cogitatio iudicetur prothymè incongrua,
& voluntaria; solidà roborabitur doctrinà.

Manus Domini gravis est. Laborat sustinens, indulget, connivet; sed aggravat ma-
num, dum extendit. *Tarditatem vindictae gravitate compensat*: dixerunt vel Ethnici. Vide
Valerium Maxim. lib. 1. cap. 2. & Plutarch. de *Tarda Dei vindicta*. Unde Seneca in *Her-
cul. Octavo Act.* 3. vers. 713. accinit:

*Semel profectò premere felices Deus
Cum cepit, urget. Hos habent magna exitus.*

Digitus Dei vocantur plaga Aegypto illata. Exod. 8. 19. Quid si acnisset, ut fulgur gla-
dium, & manus tota arripisset iudicium? Nemo nisi qui patitur, scit: ideo illo in articulo
poena futura intrinsicus erat, quasi recondita amaritudo flagellij, quia cognoscere vel-
luituri: igitur cogitata etiam cruciaminum acerbitate, maior futura ipsorum cogitatio-
ne. Astipulatur Rupertus lib. 4. in *Genes.* cap. 15. ubi exponens intrinsicum cordis divini
dolorem: *Laborat* (inquit) *sermo divinus*: dum illud intellectui nostro planum facere inten-
dit, quod satis explicare nullus homo sufficit. *Intrinsicus* apud Hebraeos sonat taciturni-
tatem, silentiumve, uti n. seq. videbimus. Proinde Rupertus ubi dudum, parturienti
confert huiusmodi iram, in corde Dei à dolore conceptam. Concepit supplicium, fac-
tum furoris, ex genitura criminis, & licet cum dolore congenita benignitatis, & cle-
mentia; enixuram supplicium in obsequium iustitiae. Necessè quippe erat, condoletè na-
tura, & legibus suffragari. Fectus igitur quousque in lucem egredietur, non cognoscitur
quare supplicium meditatam, inferendumque (sicut dolor cordis) erat intrinsicus, nempe
reconditum.

10. In Scriptura, ut Deus exprimat sine conceptis expressione, conceptus, sepe di-
cit: *Ego cogito cogitationes*. Ierem. 18. 11. (de quo Nos suo loco Tom. 7. *Tautolog.* 7.)
Cogito cogitationes: idest, quae vos nescitis, nec cognoscite, aut investigare potestis: si-
quidem utpote cogitatio (quantò magis divina?) occulta vobis. Quod quidem afflicti-
clarebit, si per ly *Dolore* intellexeris propositum, intentum, seu intuitum; quod utique
obvium multoties in Sacra pagina. lob 4.8. *Seminant dolores*: cap. 15. 35. *Concepit dolorem*.
Psal. 7. 17. *Convertetur dolor eius in caput eius*. Eccl. 3. 29. *Cor nequam gravabitur in
doloribus*. Hoc est, cogitationibus, intentionibus, moliminibus, propositis, atque cona-
minibus occultis. Ita enim Deus, ut vindicaret vindictam, & ulcisceretur iniuriam, & pa-
nirer scelus; tangebatur illudhorè *Dolore cordis intrinsicus*. Pende: *Dolore*, idest,
meditatione poenae, vel molimine in poenam: *Cordis intrinsicus*, quia nesciebant vel da-
turi quantam.

11. Hinc liquet expositio genuina adverbij *Intrinsicus* ad illud Cantic. 4. *Oculi tui co-
lubarum absque eo, quod intrinsicus latet*. Qua phrasè Boëtius lib. 1. Merr. 5. vers. 34.
Latet obscuris condita virtus. Mos erat feminis Hebraeis, ut diximus Tom. 1. *Tautolog.* 6.
num. 61. velare faciem, unico contentis oculorum lumine, ac dimidia luce gaudere. Ita-
que sensus encomij est: Summè pulchra es amica mea. Oculi tui nitent perfecti, efflu-
rant nitide, absque speciositate totius oris Angelici, quod indutrie latet sub velamine. Ita
Hebr. & Malucnd. pro *Absque eo, quod intrinsicus latet*, legunt: *Citra velamen tuum*.
Vatabl. *Intra ligamina tua*. Rabb. Iartius: *Intra vittam tuam*. Aptius propositò Bibl. Regi-
gia. *Intra silentium tuum*. Septuag. *Taciturnitatem tuam*: igitur de non visis silentium
est, & species faciei erat occulta intra velum, seu flammem nuptiale, quod aliquando,
maximè apud Profanos, fieri solebat ex floribus. Pro quo Statius in *Epithalam.* Stella lib.
1. Silo. vers. 22.

*Tu modò fronte rosas, violis modò lilia mixta
Excipis & domina niveis à vultibus obsita.*

Frequentius autem ex serico vento, quo progredi fas, velasque sine illo, maximè Patri-
stij, ut constat leg. Nemo, C. de offic. diuers. iudic. leg. 2. §. 1. C. de his qui vepiam atar.
impe-

Senec.

Intrinsicus
pro occultum.

Rupertus.

Quid est co-
gitare cogi-
tationes?

Dolor pro co-
gitatione.

Cant. 4. 2.

et.

Spat.

impetrat. cap. 43. §. Porro, & §. Sed cum est de election. in 6. ita etiam Bonifacius VIII. in
cap. *Mulieres de iudic.* in 6. & pluribus alijs in locis. Vide Tiraquel. leg. 10. *Connub.* num. 12.
Rhodigin. lib. 10. cap. 3. & lib. 13. cap. 6. Delr. in Senec. *Agammen.* Act. ult. vers. 950.
Poeta passim. Consulendum iurè Gregorius Nazianzenus de *Document.* Virg. & Expositio-
tores in illud *Genes.* 20. 16. *In velamen oculorum*.

12. Causa huiusmodi Verisiohum provent ex eo, quò oculi dum patent, dicuntur
non tantum loquentes, sed dicaces: quor itaque animi motus sunt, tot significationes per
commutationes efficiunt. Apud Ethnicos magna leges, praecipue apud Ovidium; lib. igitur
1. *Amor.* Eleg. 11.

Aspicias oculos mando, frontemque legentis.

Lib. 2. Eleg. 5.

*Multas supercilio vidè vibrante loquentes,
Nutibus in vestris pars bona vocis erat
Non oculi tacere tui.*

Appositiusque intento, divite, eloquentiorique vena, lib. 1. de *Arto festivè canit*:

*Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem:
Sape tacens vocem, verbaque cultus habet.*

Speculum videtur animi, ac in illis tractatum quod de templo fortunae fictum. Nero (ait
Guido Pancirollus lib. 1. *Rerum memorabil.* cap. 6.) *facellum, sive templum fortunae ex
specularibus constructum: in quo qui erat, extrinsecus absque ullo obstaculo conspicietur*
ac ut Plinius lib. 36. cap. 22. *scriptum reliquit, portis etiam clausis, lux ibi inclusa non
transmissa videbatur*. Ita quae in corde intrinsicus confertur, per oculos patefunt.
Amplius interdum dicunt quam voces: ideoque ab Ovidio lib. 3. *Amor.* Eleg. 3. dicuntur
Arguti.

13. Etiam in Sacris eiusmodi phrasia invenitur. Eccl. 41. 25. *A salutantibus de silen-
tio*: nimirum, oculis. Ierem. 14. 17. *Deducant oculi mei lacrymam per noctem, & diem,
& non taceant*. Et Thren. 2. 18. *Neque taceat pupilla oculi*: licet alius apponitur sit hu-
ius loquacitatis sensus, de quo Nos, Deo bono, Tom. 5. *Tautolog.* 6. & Tom. 6. *Tautolog.* 7.
Silentium quidem dicitur, quod non videtur, quod fugit cogitationem, vel humanum
acumen, additumve est, aut non apparet. Tacit. lib. 3. *Histor.* cap. 85. *Teret solitudo, &
tacentes loci*. Hoc est, sine habitatoribus. Plin. lib. 16. cap. 39. *Silente Luna*: idest, non
apparente. Eadem Aelian. lib. 10. *Histor. Anim.* cap. 37. & Apuleius ubi sup. lib. 2. *Sar-
culi & vinca silentes*. Columella lib. 4. cap. 27. lib. 7. cap. 12. & lib. 11. cap. 2. *Flos silens*.
Scilicet, non apparet. Sic plura etiam apud Poetas. Virgilius lib. 2. *Aeneid.* v. 255. *Tacite
per amica silentia Luna*, quippe occulta luminibus nostris. Manilius lib. 1. *Astronom.*
cap. 1. vers. 64. *Tacitis dominantia legibus astra*: nempe reconditis, sive non cognitis le-
gibus. Martial. lib. 3. *Epigram.* 91. *Tacitos dolos*. lib. 5. *Epigram.* 6. *Tacita fraude*. lib. 13.
Epigram. 6. *Tacita via*. Propertius lib. 1. *Eleg.* 4. *Tacita veste*: lib. 4. *Eleg.* 12. *Tacita cate-
na*. Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 1. vers. 20. *Ostium taciturnissimum*. Lucanus lib. 10. v.
253. *Per tacitum mundi*. Seneca in *Medea* Act. 4. vers. 831. *Tacitum malum*. Et in *Hippol.*
Act. 2. vers. 359. *Astu tacito*. Ovid. lib. 1. *Amor.* Eleg. 11. *Tacito pectore*. Denique Teren-
tius in *Heeyra* Act. 3. Scen. 3. vers. 28. *Per te teba, tacitaque*. Patet iam pro Abulensis
sententia fulcrum, ut *Intrinsicus* sonet idem, quod *Tacite*. Propositum igitur vindictae
Deus gerebat, sed intrinsicè, tacite in corde: ut experientia discerent per illatum sup-
plicium, quam amarum erat, dereliquisse Dominum.

14. Apparet enim via plana in alia testimonia, ideo igitur roborata propositò Abu-
lensis sententia. Psalm. 41. 7. *Ad me ipsum anima mea conturbata est*. Psalm. 108. 22. *Cor
meum conturbatum est intra me*. Et Psalm. 142. 4. *In me turbatum est cor meum*. Idest, ta-
cite, sine ullo indice, me tantum sciente; quippequam nemo cognovit turbationem, nec
cordis in hoc silentio cruciamen. Eodem acuminè Ierem. 8. 18. *In me cor meum marens*:
& Christi discipuli Luc. 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Clarescit interpre-
tatio alijs Scripturae auctoritatibus. Paulus ad Rom. 8. 23. ait: *Intra nos gemimus*: nimirum
intrinsicè secundum interiorem hominem. Eccl. 1. 16. *Lacutus sum in corde meo*: hoc
est, mecum, tacite. Iesai. 14. 13. *Dicabas in corde tuo*; videlicet, tecum, vel tibi. Ita Matth.
9. 3. *Marc.* 6. 51. & Luc. 11. 38.

15. Huc quae referri alius Scripturae stylus, quo sepe pro persona cor accipitur. Psalm.
131. 1. *Non est exaltatum cor meum*. Idest, Ego. Exod. 7. 22. *Induratum est cor Pharaonis*.
Nempe, Rex. Iesai. 6. 8. *Excaca cor populi huius*: nimirum, populum, in hunc mo-
dum

Indecent se-
mina, in sa-
bico uerba
ri sine re
minit.

Ovid.

Idem;

Idem;

Pancirolo-
Templum
Fortuna in
figue.

Oculi animi
indices.

Et loquens

Tacite pro
occulum,
aut recon-
ditum.

Ad me, in
Intra, & so-
alia pro ta-
citate.

Cor pro cuius
ius est cor

dum alia. Etiam inter Oratores & Poetas usitatum. Gellius Noct. Attic. lib. 7. cap. 2. Cor meum pro Ego. Tacitus Histor. lib. 4. cap. 58. Cordi est Dijs: puta, Dijs placet, & gratum est. Martialis lib. 10. Epig. 5. & lib. 12. Epig. 49.

Dotata uxoris cor arundine fixit acuta.

Illos qui male cor meum perurunt.

Ubi Cor pro Uxorem dotatam, & Me. Sic etiam Virgil. lib. 7. Aeneid. v. 55.

Teucrium mirantur inertia corda.

Scilicet, Inertes Teucros: quae sane phrasim pettrita apud Plautum, quem videas. Haud aliter exponi possunt Tautologia praeterea, ne sint formaliter Tautologia. Unde Cor meum conturbatum est intra me: q. d. Intrinsece conturbatus sum. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Idem, Nonne nos interius flagrabamus? Anima toto concepti pectore flammam, funditis atque imis exarist tota medullis. Sic & reliqua testimonia. Haculque ingeniolium nostrum. Aptiore expositionem ultrò, & animis accipiam.

16 Restant adhuc expositioni est praefatis affines, aliae perdifficiles auctoritates: uti Exod. 16. 29. Maneat unusquisque apud semetipsum. Ioann. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsum. Luc. 24. 12. Abijt secum, mirans quod factum fuerat. Eccl. 10. 3. 6. Abijt sibimet, quasi nonnemo possit esse sine te, aut stare, existere, vivere nisi secum. Aliqui, inter quos Doctores. Sanctius, arbitrantur, paragogia esse, non necessaria peccato, sed orationis cultui, & ornamento, Sibimet, Secum, Semetipsum, &c. de quo late egimus Tom. 1. in Prolog. Galeat. §. 4. num. 14. & §. 5. num. 7. At (quantum auguro) his & alijs similibus Hebraicis aliquid patheticum inest: sicut Hisp. To misino, Para mi solo, de quo infra.

17 N. Doctor Gregorius Magnus, quo in argumento nihil supra, lib. 2. Dialog. cap. 3. apprimè, quae in huiusmodi vocibus reconduntur, exponit. Duobus modis (inquit) extra nos duemur, quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsum recidimus; aut per contemplationis gratiam super nosmetipsum levamur. Distinctionem mihi videre videor in eo, quod peccator semetipsum (cadendo) super se extollit, & iustus semetipsum (ascendendo) sub se relinquit. Quam cogitationem astruit idem S. Doctor Homilia 7. in Evang. Exemplum ubi supra. apponit in Prologo, de quo Lucas 15. 17. In se reuertis: & in Petro, ab Angelo à carcere educto, de quo Act. 12. 11. Ad se reuertis. Infit ergo Pontifex: Ille itaque qui porcos pavit, vagationeque mentis, & immunditia sub semetipsum cecidit: iste vero quem Angelus soluit, eius mentem in extasim rapuit, extra se quidem, sed super semetipsum fuit. Uterque ergo ad se redijt, quando & ille ab errore operis se collegit ad cor, & iste à contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi ut prius fuit. Quapropter iuxta varias vagas, vel quietas cogitationes, cor dicitur haberi, & non haberi. Psalm. 84. 9. In eos, qui convertuntur ad cor. Eccl. 6. 37. Dabit tibi cor. Osee. 7. 11. Columba seducta, non habens cor. Idem Jerem. 5. 21. de quo aureus versu libellus N. Benedicti Haeseni, cui titulus Sebola cordis. Si verò homines pessime sine idolis, dicuntur habere corda lapidea, sin autem carnea: quo patet ad illud Ezechielis: Dabo eis cor carneum. Et Pauli ad Cor. Epistola scripta spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Haud quia in rationalibus, est rebellibus, sit cor lapideum, sed quia cervicofici, & capiteones habent cordis duriciem Adinlar lapidis, ut legit Chald.

In lege Evangelica promittitur cor carneum, idest docile: unde à Paulo lex Gratiae exponitur scripta in tabulis cordis carnalibus, vel ut Arabic. veritè. In tabulis copulativis carnis; quippe modo non cor durum, & sceleribus obfirmatum in contraria legis (sicut Synagoga contigit, insinuantibus incurvitatem cordium tabulis lapideis Moysi) sed cor sancto timore munitum, & ad bonitatis impressionem paratum. Penes inclinationes, seu proclivitatem obiecta fiat epitheton cordis: in vana, cor dicitur vanum, aequè in terrena terrenum: quoniam iuxta Regulam Augustini tract. 2. in Epist. 1. Ioann. Tatis est quisque, qualis est eius dilectio. Etiam Profanus: Deus est sua cuique cupido: igitur cor convertitur in ea, quae colit, sicut profert Hieronymus lib. 2. Comment. in Matth. cap. 15. Convertitur, & intellectu, quo trahit; & voluntate, qua fertur. Hinc cor durum, infractum, in curvum, incurvum signatur ferream, saxeam, adamantinum: docile autem dicitur carneum, & tenerum.

18 At si tibi omnino non placet expositio in Pauli testimonium, aliam est timide exhibeo, quae mihi placeret magis, si aliquatenus gauderet patrono. Auctor deficit, sed auctoritates, arbitror, suppetent. Tabula cordis olim dicebantur, quas Latini Bullas appellabant, Inscriptiones, Amuleta, & Lynulas: Phylacteria dicebant Graeci. Itaque quia ad simi-

similitudinem cordis erat huiusmodi lamina, Cor, vel Tabula cordis tam apud Sacros, quam apud Profanos dicebatur. Ideo Chald. ad illud Cantic. 4. 9. Vulnerasti cor, legis, Vulnerasti in tabulis cordis: & sine expositione, aut glossa Prov. 3. 3. Describere in tabulis cordis tui: videlicet in tabula area, argentea, vel aurea, seu lamina, quae in pectore gestabatur, quae quidem fabricata ad cordis similitudinem. Hebraei, quoniam pingui Minerua accipiebant illud Deuteronomij 6. 6. Verba hac in corde tuo: legem coronatam, scilicet pram are, vel alia materia, in pectore, fronteve gerebant: quare de Pharisais Affertor N. Matth. 23. 5. dicebat: Dilatant phylacteria sua, in quibus verba legis fastose inscribebant, ut appareret nec larum unguem, nec apicem praterire, qui ita studebant coram oculis habere. Commune ergo fuit Nationibus, imagines varias in pectore iuxta cor, vel pendentes à collo gestare: sicut modò, sanctae Crucis imago, vel Divorum effigies, maxime à foeminis, ut excusetur impendium, titulo venerando devotionis.

19 Astruere igitur, vel lucem accipient aliqua Scriptura testimonia: Peccatum Iuda (ait Ierem. 17. 1.) scriptum est stylo ferreo, in ungue adamantino exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Peccatum hic sicut alibi saepe, non est idolatria, sed idolum. Unguis adamantinus, non est annulus, ut aliquibus haud infimi subfelli placet, nec annuli gemma; sed cuspis adamantina, celsitum, scilicet vericulum, seu vericulum, quod Nos: Abiril: A punta de diamante. Succinit Claudian in Eptthalamio Palladij, igitur loquens de casura Xilobalfami, ut Balsami guttae defluant, veritè 1. ait;

Gemmae alij per totum balsama te sum Effudere cadis: duro qua sauctus ungue Niliacus pinguis desudat vulnere cortex.

Queritur quidem Deus de audacia florum Iuda, quia non solum defuit sunt vanitates, fornicantes in idolis, quinimò fronte perfida, sicut in cornu, idest, throno, loco celsiore altaris, collocabantur imagines, ita in amplioris servitutis obsequium, vel stylo ferreo, vel vericulo, vel ungue adamantino calabantur simulachrorum effigies in tabula seu lamina pectoris, vel super latitudinem effigiati cordis. Quo intelliges etiam illud Osee 2. 2. Auferram adulteria de medio uberum tuorum: nimirum imagines idolorum, quae à torque pendebant usque ad ubera: de quo Nos hic Tautolog. 4. num. 17.

20 Apud Hebraeos frequentissimus usus gestandi imaginem dilecti. Frequentior in foeminis in commendationem sponsi, seu ostentationem dilectionis, quod Hispan. Memorias; vel gratia ornatus, igitur à catenula colli pendebat imago dilecti. Non alio sensu Sponsa in Amasij recordationem, dixit: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Cantic. 1. 12. Fasciculus non est reticulum florum, seu servia, nec accipi debet per olfactorio, quod inter ludicra mundi muliebris refert Isaias, cap. 3. 19. Sed pro ipsa imagine sponsi ex murrhino (de quo Plinius lib. 37. cap. 2. & Pancirollus lib. 1. cap. 7.) myrrhate, aut alijs pretiosis guttis; vel artificio, sicut modò fiunt imagines ex molcho, & saccharo gelido. Approbat electionem Sponsus siquidem cap. 8. 6. Pone me (ait) ut signaculum super cor tuum: ut signaculum super brachium tuum. In mei enim memoriam, ut ignis cordis sit aliquod cunctis signaculum, imago meae haud tantum erit pectoris insigne, sed etiam armillae: colli ornatus erit, & brachij; ut his signis, videntibus effigiem, meum profitearis amorem.

21 Huiusmodi morem expressit Deus per Aggaeum 2. 24. Si dilectorum imagines gestantur in pectore; Zorobabel mihi es cordi: Ponam te quasi signaculum, quia te elegi. Perè nemo, qui huiusmodi imaginibus olim non exprimeret, cuius esset, vel quid illi magis placeret. Quapropter Augustinus qq. in Genes. quæll. 112. putat, imagines quas cum idolis tradiderunt ferri Iacob, esse idolorum imagunculæ. Dederunt ergo ei (dicitur Genes. 35. 4.) omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures qua erant in auribus eorum. Bibl. Antiq. Earum. Sic intelligunt Chrysostomus Homil. 35. in Genes. Perer. Alapid. Abulens. Boniferrius, Lyra, & Leonardus Marius: quatenus ly Eorum non ad Deos referri, sed ad servos, vel feminas, in quorum (ut vidimus Tom. 1. Tautolog. 1. Didascal. 6. num. 14. & Tautolog. 4. Didascal. 5. num. 6.) vel quarum auribus pendebat pro lapillis, seu gemmis idolorum simulachra.

22 Patet via expositioni difficilis testimonij Cant. 1. 11. ubi, Marenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento: idest imagines in auribus. Ideo plures legunt: Similitudines faciemus tibi. Vide Bibl. Maxim. dicuntur marenæ, quippe frequenter monile, seu catenula collaris (Vernacule: Gargantilla.) sicbat in serpentis similitudinem pun- Tom. 11. Taut. B

Martial.

Virgil.

Pro re interna.

Exod. 16. 29. Ioan. 20. 10. Luc. 24. 12. Ierem. 3. 6.

Greg Mag.

Quomodo homo est sub se, & supra se. Idem.

Ezech. 11. 19. & 36. 26.

1. Cor. 3. 3.

Chald.

Arab.

Cur hominis cor & carneum & lapideum Augustin.

Cor convertitur in ea, quae colit.

Quid tabula cordis?

Terrem. Peccatum pro idolo.

Unguis adam manuum quid?

Imagines idolorum in fronte aut in pectore gestantur.

Osee.

Cantic.

Eti in aures ego sponsi.

Cantic.

Agg.

Et dilecti Genes. In auribus tuis simulachra.

Cantic. Marenæ pro imagine munitis vel inauris.

Aureis, annulis vermiculatis argento, vel ex alia materia lutescente, ut adversa luce nureret. Ab ista catenula demittebatur lamina in modum cordis, & quae dicebatur latitudo, tabula, area, lamina cordis, & etiam cor, Martial. lib. 14. Epigram. 2. 19.

Pasper caudicibus nullus referentia numos, Carmina cum scribas, accipe cor quod habes.

Cor, videlicet, laminam scorteam, non auream sicut Patricij in signum nobilitatis gestare solebant. Ad Ramiresium de Prado hic, Turnebam lib. 1. cap. 24. & Iulium Lips. lib. 1. Epist. 5. Quod autem lamina esset in cordis similitudinem constat ex Pierio Valer. lib. 34. cap. 1. Ita (ait) concinnatum, ut loro catenulae suspensum a gutture propenderet in pedibus. Et lib. 41. cap. 1. usque ad 8. ubi nomine bullae tabellam, seu laminam cor huiusmodi signat: cor, ob figuram; tabellam vero quia habebat aream, seu spatium, quo scribi nota quibant ad libitum. Bulla isthaec puerile ornamentum erat apud Romanos (nisi quis Romam triumphans ingrederetur, quoniam tunc in planitie, seu area bulla, uti aliquibus placuit, inscriptum erat: *Memento, te hominem esse.* Vid. Pierium ubi supr. cap. 5. & 6.) notat Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 6. & 8. signantque Horatius Epod. 5. v. 12. Iuvenal. Satyr. 13. v. 33. & Pers. Satyr. 5. v. 33.

Die senior bulla dignissima.

Cum primum pavido custos tibi purpura cessit, Bullaque succinctis laribus donata pependit.

His ergo notetis (sensu testimonij Pauli. Epistola scripta spiritu Dei vivi non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Vos nimirum estis epistola Dei (scilicet notati, & signati non atramento, sed purpura, uti imperatorum privilegium) quam scripsit Spiritus Dei non in tabulis cordis, seu bullis, quae frequenter pendunt a collo; sed in ipsa latitudine cordis carnalis, seu carne cordis (O felix prerogativa Gertrudis!) corde enim induistis Christum: pateat ergo extra, per opera, qui later in corde; ut cuius estis dicat imago, igitur ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Si portavimus imaginem terreni hominis, portemus & imaginem caelestis: sed quomodo hoc, & qua arte apud Antiquos, videbimus loc. cit. *Tautolog.* 4. modo ergo acumini Gregorij, quod intersecuimus ob auctoritatem Pauli.

23 Flectimus igitur cursum singillatim principali proposito. Quoties (subdit Gregorius ubi supr.) per cogitationis motum, nimium extra nos ducimur; & nos sumus, & nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minime videntes, per alia vagamur. Astipularum Ambrosius lib. 7. in cap. 15. Luc. ubi: *Quid longinquius, quam a se recedere, nec regionibus, sed moribus separari, studiis discretum esse, non terris?* Utriusque modi loquendi pertrita acceptio minime laetit Profanos. Seneca Epist. 7. *Recede in te ipsum.* Epist. 42. *Qui se habet, nihil perdidit.* Ep. 58. *Iucundum est esse secum.* Idem de Tranquil. vite. c. 15. quod saepe monet more Stoico. Terent in Adelph. Act. 5. Scen. 3. v. 8. *Ad te redi.* Et Virg. Georg. lib. 4. v. 443. *Verum ubi nulla fugam reperit fallacia vias In sese redit.*

In contraria acceptione Boetius lib. 1. de Consol. prof. 6. huiusmodi a se recessum (qui quidem illorum mentium morbus) vocat: *A se extirpari.* Apuleius Metam. lib. 2. *A se exire.* Martial. lib. 2. Epig. 68. *Se non habere.* Et Claudian. in Eutrop. lib. 1. vers. 229. *Sui obvisi.*

24 Iuxta hunc abstractionis sensum interpretanda sunt testimonia praefixa. Ceterum notatu dignissimum, quod dum agitur de huiusmodi excessu, sive per elevationem mentis in Deum, sive per alienationem a Deo, semper debere intelligi de extremis, non de statu medio: quare Gregor. Magnus ubi supr. medium statum signat *Intellectum communem*, ut quisque prius erat. Status hominis in intellectu communi est status rationalis, in quo ratio, ut par est, principatur passionibus. Extremum per vitium, subiectio est rationis affectibus non subditis, sed iure subijciendis. Extremum per contemplationis abstractionem, non solum est imperium in appetitus, & super motus animae voluntarios, sed etiam super animam, modo quo diximus num. 17. Utrumque expertus David. Secundum, dum dicebat in excessu mentis: *Ad te levavi animam meam.* Psalm. 24. 2. Primum, ubi respicit, & peccatum cognovit, dicens Psalm. 41. 5. *Effudi in me animam meam.* Plura de huiusmodi animae abcessu & recessu a se & intra seipsam, discite, quippe caelestis doctrina apud August. in Psalm. 100. Bern. Epist. ad fratres de Monte Dei, Celsian. Collat. 7. cap. 23. & DD. Mysticos.

25 Clarescat modo expositio. Israel, quem Deus vocat adversatricem, extra se fac-

Martial.

Corpro bulla in similitudinem cordis. Pier. Val.

Quid scriptum in lamina triumphanti. Pers.

1. Cor. 3. 5.

Prerogativa Gertrudis.

Greg. Mag. Ambros. Quid est se habere, & se non habere?

Virgil.

Quid est intellectus communis in homine?

Psal. 100.

Ierem. 3. 6.

rens in idola vehebatur, appetitu rationis dace, & eius obedientie proclivitate ratione. Unde merito dicitur: *Abijt sibi, id est, libere, ad vitium: ita dicitur de Paulo viado Roma: Permissum est Paulo manere sibi cum in studio se mille.* Act. 18. 16. nimirum libere progredi cum custode. Ita etiam, ut vidimus inpr. num. 1. Alcimus Avitus de hominis corruptis moribus, quos Deus diluvio panivit, quippe sine lege vivebat, ait: *Hic melior sibi met sese censor placet.*

Eodem modo Israel, quia sibi placuit, sine lege abiit super omnem montem excelsum in servitium idolorum: igitur a saeculo fregit iugam, & dixit: *Non serviam.* Ierem. 2. 30. quod idem Vates exprimit cap. 7. 24. *Abierunt in voluntatibus suis: & ita impotes mentis, ut auderent dicere apud eundem cap. 18. 12. Post cogitationes nostras sibi, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.* Quis nisi extra se, fateretur vel pessimum, & centurum cordis mali pravitatem, alliciente in malum cogitatione facti, sicut duntaxat quia contra legem? Errabant enim corde, & sibi met abierunt; quippe sine lege vivi erat, ait: *Mentis, sequebantur vesani desideria, atque procliva cordis.*

26 Secus autem qui manet apud semetipsum. Non solum quia rationis compos, & expertus criminis, sed quia ultra facultatem communis intellectus, ita ut cogitatione solibili supra se erectus (quandoquidem *Per contemplationem supra nos teliatur*, ut ait Gregor. Mag. Homil. 3. in Ezech.) quae sursum sunt, sapiat. Hinc Hays hic cum alijs in Bib. Max. inquit: *Apud semetipsum, cogitans de divinis beneficijs.* Pauli modo Petrus *Abijt secum, mirans quod factum fuerat: hoc est, in cessum raptus, recolens prodigia, & Cogitans de Resurrectione:* ita Lira. *Ipsa admirans de eo: Arabic. Consperatus & admirans:* Greg. Nilfen. Eodem capto exponitur illud Iohannis: *Abierunt discipuli ad semetipsos.* Per quod patet quid sit *Intra, Extra, Infra, & Supra se,* & quia discretionem accipiendum in Scriptura, quoniam modus hic loquendi sit formaliter Tautologia.

27 Harum ergo potremo iactarum auctoritatum est etiam alia, & congruior litterae interpretatio: *Manere quippe Secum*, non tantum est conversari in caelis per contemplationem, & de corporis nostri quadam commoratione egredi, sed etiam corpore extra caelum, domum, aut congregationem non exire. Palam hic locis praefatis. *Maneat unusquisque apud semetipsum.* Subditur: *Nullus egredietur de dono suo.* Secunda protasis per Endiadem explicat primam sententiam. *Maneat unusquisque apud semetipsum, id est, Nullus egredietur, &c.* Sic nihil secius: *Abierunt discipuli ad semetipsos.* Nimirum, illi eum viderunt Petrus & Ioannes, qui cum ceteris erant domi congregati propter metam Idolorum, monumentum vacuum, *Abierunt iterum ad semetipsos:* hoc est, recesserunt in concubulum, quo intelligitur *ly iterum*, siquidem dudum abdiiti erant, & fores clausae. Lique ex contextu. *Abierunt,* dicitur, *ad semetipsos, Maria autem stabat ad monumentum foris:* id est, recesserunt discipulis non recedebat, sed remansit inquirendo, & ceteros amorem flagrabat. Atruant cogitationem Versiones: Syr. *Rursus ad locum suum.* Caetera. *Ad habitacula propria.* Menoch. *Ed unde venerunt.* Idem de Petro solo dicit Arabic. igitur pro *Abijt secum*, legit: *Abijt in locum suum.* Delicaris itaque Tautologij, expositione lustremus totam Dei decreti definitivi periodum.

28 Delebo, inquit, hominem quem creavi. Licet nova sententia, illi non nova, ut diximus num. 2. Fecit quod displicerat facere, & quod facturum, & faciendum praeficit. *Hominem*, humanum genus, propter quod omnia facta, sed corrupta erant ab illo, quoniam omnibus abutebatur, vel uti illorum tendebat in morum pessimum corruptelam: *Omnis quippe caro corruperat iram suam.* Haud intelligas rudi simpliciter *Omnis caro,* id est, aves, & animalates, sed *Omnis homo,* uti late tractavimus Tom. 1. *Tautolog.* 5. num. 23. *Exposit. Lit.* Omnia ergo perdenda cum homine perditio.

Hec clades homini, carnique hic terminus esto. Sic pater aeternus disponens funera rerum, Diluvium dextra terras vibrabat in omnes.

Caute Alcimus Avitus lib. 4. vers. 164. *Quem creavi.* Attente intendendum, quantum malum sit peccatum: etenim singulis ipse qui summo amore, studio & gratis voluntate, hominem in luto formavit aprinne, & ita ad unguem, ut plus miraculis, quam partibus coalesceret, opus perfectus avertetur *Opus;* & vas admirabile, opus, & propositum Excelsum, fastidio frangeret, iureque vel memoriam apud posteros deleret. Non est accepto personam, sed operum; non pater, dum iudex. Anima quae peccaverit, ipsa morietur. Si averterit se iustus a iustitia, nunquid viveret? Eri fuerint Noe, Daniel, & Job, ipsi iusticia sua liberabunt animas suas. *Vivo Ego, dixit Dominus* (per Ieremiam 22. 24.) *quia si fuerit le-*

Tom. II. Taut.

B 2

Act.

Alcim. Avit Sibimet, id est, sine lege, sicut Ierem.

Exod. 16. 19.

Greg. Mag. Hay. apud se, ita in excessu mentis. Luc. 24. 42. Ioh. 10. 10.

Exod. ubi lapsus.

Vel foris non versari. Ioh. 20. 10. Syr. Caeter. Menoch. Arabic.

Omnis caro, id est, homines.

Alcim. Avit.

Peccatum quibus graves in iustis.

Iustitia Davidis in iustitia. Ierem.

Psalm.

ebonias annulus in manu dexteram, inde evellam. A se ipso desiceret, si ita iusticie non consulere: ideo David Psalm. 5. 5. meditante non dixit: Deus non volens iniquitatem sed, Non Deus volens iniquitatem, tu es. Quia Deus, & quia creavi, cum homine largissima usus sum indulgentia, crudeliter amor malitia. Sceleribus addictum debebo hominem, quem creavi: criminibus non creavi, sed ut potiretur in hoc saeculo gratia, futuro gloria.

Non fuit duplex terra.

29 A facie terra. Ecce unum ex fundamentis Gundisalvi Salensis pro duplici terra, cuius sententiam, seu potius delirium impugnativimus Tom. 1. Tautolog. 1. igitur a facie illius terrae exturbatis hominibus, Noe in oppositam telluris alterius partem agit migravit, & ad eius exitum, terra quae usque ad illum aquis latebat oppleta, apparuit sicca. Fugisse asserit huiusmodi cogitationem Doctorum ingenia, ideoque ingenti supercilio vocat proprium Enthusiasum. Sane tunc concessi, quia ineptissimum propositum; sed incidi postea in Tom. 1. Adagial. Doctissimi Delij, qui Adag. 789. refert cuncta, quae fulera paradoxii Salensis, & quorum Auctorum opiniones, inter quos primum Moyles Bareaphas. Infelicit ingenij est (dixit Plin. in Praef. Hist. nat. Vespas.) deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. Hanc sententiam praetulerunt alij: Non ego: (ait Delius ibid.) quoniam universa illa de terra alia narratio mihi redolet fabulas Asiaticas, quarum Oriens semper fuit feracissimus. Ergo serijs.

Plin.

Delr.

30 A facie terra. Duntaxat? Non etiam a caelo? Quae questio celebris est: An omnes qui diluvio perierunt, inferni quoque aeternis supplicijs damnati fuerint? Affirmat Pererius hic lib. 9. Diss. 3. a num. 53. Contraria omnino multorum placita, & iure, inter quos Prosp. Aquitanicus, qui in Opuscul. de Provid. Dei, cecinit v. 840.

Non autem dubium est in magne turbine cladis
Involveri teneros annos, & moere parentum
Criminis expertes aliena occumbere culpa.
Nam cum homines pontus tegeret, deleta per orbem
Multa puellarum, & puerorum millia notum est,
Nec tamen iniuste terris exempta videtur
Progenies auctura malos, cui multus in ipso
Exitio est collatus bonos.

Omnes qui diluvio perierunt, non fuerunt aeternis damnati supplicijs. 1. Petri.

Pondus cogitationis Pererij stat in auctoritatibus, quae Interpretum plurium torserunt ingenia, & adhuc negotium facessit studiosis Scripturarum: vide ergo ea apud ipsum late locat. Non astruimus, impenitentes fuisse eductos ex inferno inferiori, predicatione Christi, quod quidem ad verum fidei; sed multos, impenitentes non esse mortuos. Patet ex 1. Petri. 3. 19. 20. ubi de Christo Apostolus: Vivificatus spiritu, in quo & hic qui in carcere erant spiritibus veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Explicato catholice huiusmodi testimonio, clarebit conclusio. Brevi agam, quippe dubium incidens, nec ad Tautologias spectans.

Mendoz. Romccas.

Brevi, dixi: quoniam intellectus de Purgatorio, quae aliqui intelligunt de damnatorum inferno, nulla erit in Auctoritate difficultas, & simul constabit Novatorum malitia, vel fatuitas. Consule Alphons. Mendozam Quodl. q. 1. Exposit. num. 4. & Nicolaum Romccas in Effig. Calvinii, color. 14. Non opus est caput impingere, ut eorum qui ambulat in circuitu conquassentur capita. Astruerit liquidum, praeter parvulos doli non capaces, sacrificio usitato in lege natura labis originalis expertes, salvos fuisse aliquos adultos, & deportatos in Purgatorium, quippequam vel morte temporalis, penarum criminum non satis luitum. Modo ad Textum. Christus mortuus carne, vivificatus est spiritu (id est, anima) In quo, quoniam necdam refutaverat, His spiritibus, qui in carcere (nimirum, in Purgatorio) erant, veniens (hoc est, descendens de cruce in inferiores partes terrae) predicavit (se se ostendit, apparuit: quae acceptio nova non est, ut dicemus Tom. 6. Tautolog. 8. Ad illud Ionae 3. 2. Praedicae predicationem, & confirmant Oecumenius, & Caietan. hic, ipseque Pererius num. 69. Praedicae ergo his spiritibus, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: & postquam cepit, vel progressum est diluvium, poenitentiam egerunt; sed non ita congruam, vel condignam, ut mererentur deportari in limbum, vel sinum Abrahae, sed in Purgatorium, quousque adveniret, qui penetrando inferiores partes terrae, illuminaret omnes sperantes in Domino. Hoc patet ad alia, maxime ad illud Petr. ib. cap. 4. 6. Propter bonos & malos evangelizatum est, sive intelligas manifestationem recentis in limbo, vel in Purgatorio.

Predicari, prostant sibi.

Sunt

Perseus.

31 Sunt variae Interpretum lectiones. Tactus dolore cordis intrinsecus. Pers. Pagninus, & Vatabl. Doluit in corde suo. Septuag. Recogitavit. Ar. Montan. Adiecit ad cor. Hebr. Contristavit se Deus. Caietan. Doluit ad cor. Olcastr. Angustia affectus est ad cor suum. Maluend. Dolore sauciavit seipsum ad cor suum. Tigarin. Contristavit se in corde suo. Lippom. Contristatus est in corde suo. Syr. Et doluit. Dior. Tarsent. Sollicitudine affectus est. Procop. Et iratus est. Targum Hierosol. Et discepit in corde suo. Arabic. Abominatus est. Haye. Doluit apud animum suum. Rabb. Ionath. & Hieronym. Iudicavit eos sermone suo. Denique Onkel, Ambrosius, Augustin. & alij, sicut Graeca legunt, & exponunt: Cogitavit. Cominus ad motum amissim, nequando irascatur Dominus, si primus de via iusta.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1. Tactus dolore, ne veli vel ingrati tangerentur cruciamine.
2. Tactus dolore, & intime; quod diram servitute vocet homo libertatem.
3. Tactus dolore, quia vulneribus icti, minime tacti.
4. Tactus dolore, & intrinsec; quippe castigare necesse.
5. Delebo inquit: & dolet? Vel in vindicta iusta iusticie poenitet.
6. Delebo hominem: & dolore tactus? Delebo sane, quantumvis tactus dolore.
7. Delebo hominem, sine poenitentia: aliter criminata.
8. Delebo hominem: impium, non iustum; quia in iusticia est acceptio meritorum, non personarum.
9. Hominem, quem creavi. Si hominis creatio, & creationem utriusque subsequetur poenitentia.
10. Delebo hominem, quem creavi: sed a facie terra, ut praesenti supplicio salvetur anima.

DIDASCALIA PRIMA:

Liberalitatem clariorem ingratus facit.

Plin.

Beneficium extra fortunam est.

Senec.

Ingratus quo pacto gratus benefactoris?

Idem.

Dixit Plinius Paneg. Traian. pro Consul. Claretur, quia lux in tenebris lucet. Quod plus absconditur in regione oblivionis, eo magis latefcit gratia artificij obscuritatis: verum si extinguere fatagit pectoris ingratitude, magis ac magis rutilat in caliginoso loco: etenim generositate sollicitat splendorem, quisquis oblivione parat beneficentiae caliginem. Non est beneficium, quod ad fortunam spectat: dixit Cordub. Stoicus lib. 4. Benef. cap. 3. Cratum invenire, fortuna est; & munificencia nunquam pender a fortuna. Qui vult gratie excipi obsequium, respicit simul fortunam, & beneficium: ceterum solum potest dici beneficus, qui habet, ut faciat neutriquam qui facit, ut gratulationem metat. Adeo ingratus est, qui oblitus est (altruit idem ubi supr. lib. 3. cap. 5.) ut gratus sit cui beneficium in mentem venit. Insignis reflexio! Gratus ingratus? Uti que. Liberalitatem gratus iucundam, ingratus facit clariorem: & gratus magis notatur, quisquis beneficiorum obliviscitur; quippequam ni accipiens ingratus foret, fulgor liberalitatis non claretur.

Quo extinguitur, ardet: lemma fuit symboli, quo fax in aqua accensa: excogitati a Villava in Symbolis spiritual. Hae praestat generosi amoris inclya nota: igitur ardens crescit incendium pectoris, quo extinguitur efficacis fomite ingratitude. In peritro testimonio rutilat amor ingenio. Poitquam de demone, maieftatis fcrutatore, insignem Christis reportavit victoriam, & nobis ex victoria contulit palmam; diabolus victus, recessit ab illo usque ad tempus. Quodnam ergo tempus in tentationem destinatum, ut denud iniret victus cum maieftate confictum? Ut tadio vincat: respondet Ambrosius lib. 4. in Luc. Nullum charitas habet validiorem adversarium, quam ingratitude: & ut tadio vinceretur victor, machinatur victus cordium rationalem rebellionem; quoniam arte nulla fortius arceri potest cursus velocioris dilectionis, quam obice maxime medicatae pectoris ingratitude. Spe excidit vafra calliditas, etenim praevulit charitas: fomes quippe igni pectoris ministratur, ubi cogitavit inobolus, quod tantus amor tadio inus maxime vinceretur. Amor maxime

Villav. Quo extinguitur, ardet amor.

Luc. 4. 3.

Amb.

Ingratus est amoris excellens maxime